This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

110. a.
57.

6000089353Z

AD ECCLESIASTICAM

DE SATISFACTIONE CHRISTI DOCTRINAM

QUID REDUNDAVERIT

EX LITE OSIANDRICA.

SCRIPSIT

FRANCISCUS ARMINIUS REINHOLDUS FRANK,

THEOL. ET PHIL. DR. THEOL. PROF. P. O.

ERLANGAE,

PROSTAT APUD TH. BLAESING.

MDCCCLIX.

110. a. 57

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Ad ecclesiasticam de satisfactione Christi doctrinam quid redundaverit ex lite Osiandrica.

Quod non est de professione fidei symbolica non sequitur ut non sit de fide ecclesiae. Quamobrem si quis publicis fidei ecclesiasticae documentis, quae quidem ex variis dogmatum controversiis originem traxerunt, fidei ecclesiasticae ambitum metiri conetur, non minus ille fallitur, quam qui ex fidei indole et argumento examinare ac definire studeat amplitudinem professionis.

Neque enim ubicunque sano modo ecclesia sana aliquam fidei particulam in dogmatis ecclesiastici formam redigere constituit, fieri potest, quin certis quibusdam haereticorum erroribus certa quadam et circumscripta ratione sanam illa doctrinam opponat. Quae circumscriptio quum non modo ad argumentum verum etiam ad conformationem atque delineationem dogmatum pertineat, utrobique historicam deprehendere licet professionis ecclesiasticae indolem nec unquam de symbolicae doctrinae natura recte iudicabimus nisi simul in censum vocata duplici illa placitorum ecclesiae origine. Nec potest alio

modo dispici ac dispesci, quid inter ipsius confessionis statuta et reliqua vel obiter disputata vel argumentandi causa adscita intersit, quam si usquequaque, quibusnam haereticorum sententiis ecclesia refragetur, summa cum accuratione observaveris.

Sic historica historicos errores ratione ecclesia redarguens non quidem nisi eatenus fidem confiteri existumanda est, quatenus sanae doctrinae positio cum haereticae falsitatis negatione convenit nec amplius extendenda esse videtur obligationis symbolicae in se spectatae vis atque potestas. Verum tamen professio quum a fide tanquam substructo dogmatum fundamento ita proficiscatur, ut expositis placitorum symbolicorum rationibus, unde sit oriunda haec talis doctrina quique fundata, simul plerumque exponatur, utrumque videndum est: et quomodo comparatus sit unde promanavit certa quaedam professionis particula fidei fons et alione modo atque propositus est salvo quidem professionis argumento possit ille informari. Neque enim commiscendae sunt inter se ipsa ecclesiae fides, ecclesiae dico principaliter spectatae, eiusque fidei, quatenus professioni alicui substructa est, pronuntiatio verbis illa atque cogitatis alicuius aetatis atque artis theologicae adcommodata. Itaque quo arctiore coniunctum est necessitudine quoddam professionis enuntiatum cum alio quodam fidei enuntiato explicandi vel argumentandi causa subiecto, eo minus quin quod non est de professione fidei nihilo secius sit illud de fide ecclesiae est dubitandum.

Quamobrem, modo sine partium studio fiat iudicium, non equidem improbaverim usitatam illam patrum ecclesiae nostrae rationem, qua si forte dirimenda esset lis quaedam theologica, impingerentne placita in controversiam vocata in articulos fidei professione exhibitos, quaerere solebant.

Inter omnes constat, peculiarem de satisfactione Christi professionem, quae ex controversia aliqua de hoc dogmate acta nata sit, in ecclesia evangelica non dari. Verum tamen et qui de fide interpretetur quod de professione asseveramus et qui omnino infitietur pronuntiasse ecclesiam de hac doctrina quia sigillatim non pronuntiavit transversum arbitramur agi utrumque. Nec retractamus hoc loco quae de negationis atque positionis symbolicae necessitudine praemisimus: sic statuimus, ex doctrina evangelica quae est de iustitia hominis christiani assertio, eandem esse de satisfactione atque opere meritorio Christi.

Qua quidem in sententia explicanda ac stabilienda non ita versari animus est, ut ex ipsius fidei iustificantis et iustitiae imputatae natura quomodo inter se conveniant meritum Christi hominisque iustitia christiani demonstremus, sed historica ratione procedentes inquirere liceat, ex lite Osiandrica, quippe quae alternis vicibus et de Christi et de hominum Christo deditorum iustitia acta sit, quid redundaverit ad ecclesiasticam de satisfactione Christi doctrinam.

Nondum exarata formula Bergensi quae variae variorum contra librum Torgaviensem censurae pro-

positae sunt; hoc nomine illae notabant professionis ecclesiasticae adumbrationem, quod controversiae paene sopitae atque obliteratae sine ulla causa adeoque in damnum pacis ecclesiasticae ibi redintegrarentur [1]). Neque nos quidem dubitamus, quin praeter alias priorum temporum lites v. c. Interimisticas, quibus mutata prorsus rerum publicarum facies materiam subtraxerat, etiam Osiandricas illi censores spectaverint controversias, ut quae coniunctis et Philippistarum et Flacianorum alioquin inter se quam maxume dissidentium viribus profligatae atque diremtae essent. Non possumus vero non quod exprobrarunt illi libro Torgaviensi idem nobis vindicantes inverso argumentandi genere illinc deducere conclusionem, revera esse,

1) Cf. Censura theologorum Holsaticorum et Slesvicensium, d. d. 21. m. Septembr. 1576, apud Planckium, Geschichte der prot. Theol. VI, 489: 'Die dritte Ursache, warum wir dafür halten, dass die Publication der neuen Schrift zur Erbauung der Kirche mehr schädlich als nützlich sein werde, ist diese: dass in derselben allerlei irrige opiniones, von denen etliche allbereit wieder von selbst verschwinden und auch schon genugsam widerlegt sind, wodurch also nur die alten Gezänke wiederum erregt und erneuert werden in gemeiner deutscher Sprache, also dass damit solche irrige opiniones manchen frommen Christen, die lange in einem simplen wahren Glauben und Lehre des Catechismi ohne einige zwiefältige und verwirrte Gedanken zufrieden gewesen, eingebracht und beigebracht werden.' Eadem fere libro Torgaviensi alii exprobrarunt: cf. Heppius, Geschichte des deutschen Protestantismus III, 176, 179.

quae lucrata sit ecclesia refutandis illa antehac Osiandri erroribus occupata. Etenim quo minus illo tempore, quo componenda erat Formula Concordiae, in ambiguo relictum esse videbatur, quid statuendum esset de Osiandri iustificationis coram Deo perversione, eo exploratius de ratione quae Osiandrum inter et ecclesiam intercedat, iudicare licebit.

Investigaturos autem, quid illud sit, quod provenerit ex lite Osiandrica ecclesiae publicaeque eius professioni, hoc praemisisse iuvabit, aut ad haeresin deflectere ipsam ecclesiam nova prorsus contra haereticos comminiscentem, aut novas adeo non spargere opiniones, ut ex integra fidei compage singula, quae forte in disceptationem vocata sunt, membra arctissumis inter se cumque toto creditorum corpore commissuris coniuncta in lucem proferat quique comparata, fundata, connexa sint illa profiteatur. Itaque etiamsi hoc loco quod et quale ceperit professio evangelica ex lite Osiandrica incrementum nondum nobis liceat definire, tamen recto tramite si processerit ecclesia in defendenda et conformanda contra Osiandrum doctrina, non potuisse eam nova nedum contraria superioribus fidei placitis comminisci iure meritoque suspicamur.

Quantum vero in redarguendis Osiandri opinionibus abhorruerit ecclesia a singularibus quibus fulcienda esset refutatio fidei fundamentis, inde licet perspicere, quod ex eodem principio tranquillationis et consolationis conscientiarum varias quaecunque

undequaque in ecclesiam haereses irrepserant Formula Concordiae impugnat ac debellare conatur[2]). Et quum recens esset ecclesia a profligandis Pontificiorum placitis, eundem illa doctrinae tenorem secuta illorum atque Osiandri errores in unum quasi corpus compactos eodem simul iudicio iisdemque rationibus respuit[3]).

Andreas Osiander quum Regiomonti insolitas de iustitia Christi eiusque transfusione in homines christianos sententias disseminaret, idem fere expertus est, quod plerumque haeresium inventoribus accidit, ut consensum ecclesiae minime detrectantes hanc il-

---

2) S. D. p. 616, 30, cf. 611, 6 (ed. Mülleri), al. 3) S. D. p. 623, 62. Justificationis qualem docebat Osiander cum Pontificiorum ratione cognationem plerique inter adversarios illius probe perspexerunt: cf. Melanchthonis 'Antwort auf das Buch Herrn Andreae Osiandri von der Rechtfertigung': C. R. VII, 892, 898; Flacii 'Verlegung des Bekenntniss Osiandri' N 3 a; inprimis Responsum ministrorum eccl. Hamburg. et Lüneb. 1552 m. Febr. B 1 a: 'Diabolus videt papisticum commentum de iustitia legis et operum, inhaerentis infusaeque iustitiae et novae qualitatis sic esse confutatum nostrorum scriptis, ut Romanus Antichristus cum suis Tridentinis patribus et columnis suae sedis e scriptura s. ne unum quidem apicem in vero et genuino sensu proferre queat, quo suum commentum de inhaerente et infusa iustitia defendere et rursus ecclesiae obtrudere possit. Ne tamen causa cadat et ne videatur docere nos novitate renati hominis iustos esse coram Deo (ut Interimistae docent), artificiosius rem aggreditur, ponit iustificationem nostram in essentiali Dei iustitia habitante in nobis per fidem.'

lemve doctrinae partem male, ut sibi videntur, intellectam reparare, ad pristinam sinceritatem reducere, obductam caligine in lucem vindicare conentur. Qui quidem conatus si pro hominum vel temeritate vel praecipitantia vel obstinatione secus cesserit atque propositum erat, fieri solet, ut aliena spuriaque, quae per se quidem spectata genuinis adversantur, nihilo secius illis fictitio ac simulato quodam vinculo consocientur. Quare qui penitus cognoscere et ad amussim examinare studeat hasce tales vario modo inter se implexas atque colligatas opiniones, neutiquam ille, si forte singula auctoris enuntiata in unum collegerit et ad verbum expresserit, vel sibi vel rei explorandae sese satisfecisse arbitretur. Bene profecto memini, quanto olim fervore Muenscherus, Planckius, alii exagitaverint hanc scilicet inquisitorum haereticae pravitatis iniquitatem, qua quondam non solum ipsa haereticorum effata verum etiam quid in se contineant quoque pertineant quive constent cum reliquis illa, perscrutari ecclesiae theologi solebant. Quid vero? aequitatem haereticis, ecclesiae praebere iniquitatem, haud equidem iustioris reor arbitri esse, quam si iis qui suspicionem habent inauditis praecidatur defensio. Etenim deesse sibi ecclesia nequit, quin quaecunque pro scitis beneque exploratis et consultis in explicanda ecclesiae doctrina venditantur, suomet ipsa iudicio quomodo quadrent illa ad fidem scripturae depromptam sibique insitam accuratissume exigat atque indaget.

Itaque paulo aliter atque consueverunt qui nostra aetate de Osiandro scripsere viri docti nos quidem in hac quaestione versaturi illud monemus, Osiandrum in eo plerumque occupatum, ut, quomodo cum genuina Lutheri concineret ea quam sibi informaverat iustificationis notio, ostenderet, nec potuisse nec voluisse adduci, ut nulla habita tralatitiae post Lutherum doctrinae ratione missisque cum illa transigendi conatibus sua ipsius auctoritate nisus formam sententiarum primis illam quidem rationibus consentaneam sibique constantem delinearet. Quo factum est, ut parum disposita doctrinae ecclesiasticae membra, quae concessis Osiandri ipsius placitis eiusdem apud hunc atque in illa ponderis et momenti esse nequeunt, imo vero vel extenuantur vel plane deperduntur, incondite illis commixta reperiantur; nec mirum est, quum nulla fere dogmatis ecclesiastici particula deesse Osiandro nec peculiaria Osiandri placita illic desiderari viderentur, fuisse quosdam, qui non rerum sed verborum discrimen ecclesiae cum Osiandro intercedere iudicarent [4]). Nempe iisdem locis ubi summa cum accuratione conspectum quasi totius doctrinae singulis

4) Sic initio quidem Brentius in censura theologorum Wirtembergensium d. d. 5. m. Decembr. 1551, cf. Saligii Historie der Augsburg. Confession II, 975; et in declaratione Tubingensi d. d. 1. m. Jun. 1552, cf. Wigandus de Osiandrismo p. 142. Praeterea 'Bedenken Matthei Vogel, von der zugetragenen Zwispalt über den Artikel von der Rechtfertigung des Glaubens' s. e. 1557 d 3 sq.

articulis ac membris distinctae oculis propositum esse putares, ibidem, modo fucum tibi fieri ne patiaris, maxumam dicendi ambiguitatem, disponendi inconstantiam, connexionis sententiarum defectum deprehendes. 'Quaenam est, inquit Osiander [5]), vera et sincera iustitia? Sic equidem statuo. 1) Merae Dei gratiae et misericordiae acceptum referimus, quod filium unicum pro nobis tradidit. 2) Filius homo factus legique obnoxius a lege nos legisque maledictione liberavit. 3) In se suscepit totius mundi peccata, pro quibus passus cruentam subiit mortem, descendit ad inferos, resurrexit, debellavit peccatum, mortem, infernum; quo facto remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, gratiam et donum iustificationis vitamque aeternam nobis comparavit. 4) Haec totum per mundum praedicatione divulganda. 5) Quibus qui fidem praebet et baptizatur, iustificatur ille hac fide et salvatur. 6) Fides Christum prehendit, Christus ut per fidem cordibus inhabitet: Eph. 3 (17.). 7) Christus per fidem in nobis habitans nostra est sapientia, iustitia, sanctitas, redemtio: 1 Cor. 1 (30); Jer. 23 (6), 33 (16). 8) Christus integer Deus atque homo, per fidem in nobis habitans, nostra est iustitia secundum divinam naturam, sicut Dr. Lutherus: innitor, inquit, iustitiae, quae quum ipse Deus sit, non potest ab eo repudiari.'

5) Wider den Liechtflüchtigen Nachtraben, Königsberg 1552, b 4 b. Nil immutantes locum integrum latine interpretati sumus.

Qua in sententiarum serie, si exceperis quae ultimo loco de iustitiae cum divina Christi natura necessitudine Osiander disseruit, nihil fortassis desideraris earum rerum, quibus ecclesia iustificationem comparari atque constitui docet. Verum tamen sat actutum fuerit ille, si revera, quas priore loco posuit sententias, cum posterioribus conciliare molitus esset: id sine dubio expertus, alteras alteris confundi atque everti. Etenim si recte cum ecclesia Christum legi subditum a legis maledicto nos liberasse Osiander docens hoc eventu passum esse et resurrexisse perhibuerit, ut parta per eum reconciliatione, gratia divina, iustificatione qui fidem evangelicis horum beneficiorum nuntiis habuerit, iustificetur ille et salvetur per hanc fidem: qui quaeso fieri potest, ut qui iustificatus sit haec talia credendo relinquatur idem iustificandus inhabitatione divinae Christi naturae?

Neque est cur haesitemus in alio quodam loco, qui est in Confessione Osiandri, ubi prorsus videtur consentire cum ecclesia adseverans quaecunque Christus impletione legis et passione et morte beneficia generi humano promeruerit, peccatorum inprimis remissionem, eadem verbo divino comprehendi atque reludi: quae simulatque praedicatione oblata sincera ac firma fide recepta sint, iustificationis fideles extemplo fieri consortes [6]). Namque talibus in locis

6) Von dem einigen Mittler Jesu Christo und Rechtfertigung des Glaubens Bekantnus, Königsberg 1551, B 4b.

aut verbis lusisse Osiander existimandus est aut sibi inscio contradixisse: quod quidem alterum satius fuerit suspicari, quoniam theologo quam exprobramus asserendi inconstantiam homini christiano nefas putamus derogare. Nimirum haeretici quum haeresi salvari nequeant, largitur nonnumquam Deus, ut salventur inconstantia: quippe qui parum sibi constantes invita haeresi salutiferam non omnimodo abiiciant veritatem.

Itaque iam sevocantes animum ab hisce rivulis varia congerie sententiarum nec Osiandro soli debita fluentibus ad ipsum ascendamus alienarum a traditione Lutherana opinionum fontem, quo degustato et probe examinato quemnam ecclesia Osiandro repugnans inde fructum perceperit, in promptu erit diiudicare. Cardo enim, quo universa Osiandri ratio vertitur, in notione iustitiae sive divinae sive humanae positus est: qua concepta disrumpitur ac pessumdatur et iustificationis hominum et satisfactionis Christi, qualem ecclesia informare solita est, vis atque natura. Illud quidem Lutheri, toties in controversiis contra Pontificios inculcatum, iustum esse debere iusta qui perficere moliatur, etiamsi Osiander quoque tueretur, tamen eam hic iustitiam, qua supposita iusta operantis opera reputentur, non rationem inter Deum hominemque Christi ope intercedentem sed conditionem influxu quodam divino credentibus inditam esse autumabat. Justitia, inquit, non potest esse ullum opus, ulla actio, aut ulla passio, sed est ea

virtus, quae iustum efficit, qui ipsam adsequitur et habet, atque ad iuste operandum patiendumque movet.' Quam virtutem hoc loco Osiander appellat iustitiam, eandem fortasse significantius in vernacula Confessionis editione dicit 'die Art, welche denjenigen, der sie bekommt und hat, gerecht macht und recht zu thun und zu leiden bewegt' [7]). Unde iam cogit, omnem iustitiam, proprie de iustitia loquendo, aut esse divinam iustitiam et essentiam Dei, aut humanam iustitiam et qualitatem creatam [8]).

Non quidem immerito possis mirari, cur divinam Osiander iustitiam dixerit essentiam, humanam non itidem essentiam creatam sed qualitatem. Sed missam facientes hanc difficultatem, quam ipse haeresis auctor posthac sensisse videtur, quum protoplastorum quoque iustitiam non concreatam eorum qualitatem, sed Dei inhabitantis essentiam diceret, illud monemus, iactis hisce iustificationis fundamentis si de creata iustitiae qualitate lapsis restituenda cogitare vellet Osiander, continuo ad Pontificiorum castra redeundum ei fuisse; diversurum autem proclivi infusae qualitatis via non potuisse, quin indissolubilem satisfactionis Christi vicariae iustitiaeque in illa repositae necessitudinem dissecaret atque corrumperet. Itaque quandoquidem huc usque cum ecclesia evangelica noster consentit, ut donatam quidem nec tamen propriam recensque creatam homini christiano

7) Bekenntniss H 4. 8) Bekenntniss O 2 b.

iustitiam tribuat sed alienam, nempe Dei vel Christi iustitiam fidelibus communicatam, qua efficiatur, ut iusti non solum reputentur verum etiam sint, sponte iam rationem rei sectantes remittimur ad Christi personam, quippe cuius illa sit iustitia non quidem nobis imputanda nisi si prius fuerit communicata.

Gratiae Dei et misericordiae acceptum refertur, quod qui ab aeterno ipsa est iustitia, eandem in verbo incarnando et ipso quidem Deo cum humana eius natura copulare hunc fere in modum decrevit, ut sanctissumam Domini nostri Jesu Christi humanitatem hac aeterna iustitia sua iustificaret, regeret, gubernaret, ad integram denique sibi praestandam obedientiam perficiendaque bona opera usque ad absolutam totius legis impletionem omnemque malorum patientiam perduceret. Qua iustitia moderatrice factum est, ut integra nos passione redempturus pro nobis peccatisque nostris Christus pateretur, sanguinem effunderet, turpissima crucis exstingueretur morte, ad inferos descenderet, deinceps ad vitam rediret iustificaturus [9]). Quare iustitia quemadmodum utique eadem est atque Dei essentia, ita scilicet eadem atque divina Christi natura, neque quantumvis per communicationem idiomatum de humana Christi natura praedicetur iustitia, alio tamen sensu praedicari potest, quam quo passio et mors attribuuntur divinae [10]).

9) Wider den lichtflüchtigen Nachtraben B 4; Bekenntniss H 2 b. 10) Doctrinam de communicatione idiomatum fusius Osiander exposuit in Confessione N a sq.

Nimirum quaerenti mihi, secundum utram Christus θεάνθρωπος naturam iustitia sit nostra, sicut quaeri solet, secundum utram creator sit coeli atque terrae, ingenuo ac simpliciter respondendum est atque pronuntiandum, quamvis extra humanitatem Christi iustitiam eius divinam nequeamus deprehendere et consequi, tamen non nisi secundum divinam naturam, haud vero secundum humanam naturam Christum praedicari hominum iustitiam [11]).

Tantum igitur abest, ut Christus redempturus agendo et patiendo iustitiam aliquam, quae non exstiterit antea, paraverit atque confecerit, ut iustitia quemvis agendi vel patiendi modum praecedens contra peccatorum impetum sese sustineat, illaesam probet, victricem praestet. Peccata enim Christo imposita quantum quidem valent efficiunt: nempe ut ipse fiat peccator, id profecto nequeunt efficere, efficiunt autem, ut quasi omnia totius mundi peccata ipse paraverit, nostra gratia nostramque in salutem patiendum sit ei et moriendum et descendendum [12]). Ne-

11) Bekenntniss Q 3 a; Rechte wahre und christliche Auslegung über die Worte des Herrn Joh. am 10. Kap.: ich gehe zu meinem Vater und ihr sehet mich fort nicht mehr, Königsberg 1551, B 1 b; Widerlegung Melanchthonis Q 2 a; cf. Disputatio de iustificatione d. d. 24. m. Octobr. 1550, th. 21.

12) Bekenntniss X 4 b: 'Dieweil aber unsre Sünd auf Christum gelegt sein, so würken sie an ihm soviel sie können, nämlich dass er, als hätte er selbs aller Welt Sünde gethan, muss leiden, sterben, sein Blut vergiessen und gen Hölle fah-

cessario enim, si quaeris, omne genus aerumnarum atque dolorum exantlare debuit Christus, quoniam iuri iudicioque divino vindictam reatus humani efflagitanti nec potest nec debet derogari: quo accedit, ut etiam legem, quae praeteritorum accepta peccatorum condonatione absolute atque integre implenda esset, sancta solidaque obedientia perfecerit[13]). Quod utrumque quum neque perferri ab hominibus aeternam damnationem evasuris neque praestari ab iis possit, qui vel maxume remissionis peccatorum compotes sint, utrobique satisfieri sibi divina lege flagi-

---

ren und das alles für uns.' 13) Bekenntniss A 2: 'Es leidet aber das göttliche Recht und Gericht nicht, dass Sünde ungestraft und Gottes Gebot unerfüllt bleibe, wie geschrieben stehet — Sollten aber wir die Strafe für unser Sünde, das ist, den Zorn Gottes, den Tod und die Hölle selbst versuchen, leiden und tragen, so müssten wir darunter und darinne verzweifeln und ewiglich gefangen und verloren sein und bleiben; denn in der Hölle könnten wir keine guten Gedanken haben, sondern würden für und für ewiglich in der Sünde verharren und darinne verhärtet werden und also der Hölle auch für und für werth sein und bleiben. — So wir aber der Hölle ewiglich werth wären und blieben, so müssten wir auch darinne gefangen sein und bleiben und könnten nicht herauskommen. — Und ob wir schon (das doch allerdinge unmöglich) für unser Sünd genug thun und leiden und aus der Hölle wieder ledig werden könnten, so wäre doch das Gesetz alsbald wieder da und wollt allerdinge vollkommenlich fürohin erfüllet sein — wir würden, wenn wir das Gesetz fürohin nicht hielten, durch Uebertretung des Gesetzes von neuem wiederum in Gottes Zorn und in den Tod fallen.'

tante, Christus vice nostra nostramque induens personam in se suscepit [14]).

Quibus expositis ab instituta Osiandri via denuo videmur ad rationem ecclesiae delabi. Etenim in negotio Christi salutifero siquidem a vicibus illis, quibus agendo et patiendo pro nobis perfunctus est, omne pendet momentum, prope videmur abesse a doctrina ecclesiae symbolica, qua propter obedientiam Christi agendo et patiendo, in vita et morte

---

14) Bekenntniss A 3 b sq. 'Dieweil wir denn weder die Straf der Sünden ertragen noch das Gesetz aus eignen Kräften erfüllen konnten, so ist unser lieber Herr Jesus Christus, der einige Mittler, für uns an unsre Statt getreten und hat zum ersten aller Welt Sünde auf sich genommen. — Und zu dem allen hat er wahrer Gott und Mensch müssen sein, denn wär er nicht ein wahrer Mensch gewest, so hätte er, was wir sündige Menschen verschuldet hatten, nicht leiden können; und wäre er nicht wahrer Gott gewest, so hätte ers nicht überwinden noch ausstehen können. Zum andern, dieweil nach Vergebung der vergangenen Sünden das Gesetz dennoch vollkommen will und muss gehalten sein und wir es doch .... zu halten keineswegs vermögen ...., so ist unser lieber Herr Jesus Christus, der einige Mittler, alhie auch für uns an unsre Statt getreten und hat das Gesetz rein und vollkommenlich für uns und uns zu gut erfüllet, auf dass es uns nicht zugerechnet werde noch darum verflucht sein müssen, dass wir das Gesetz in diesem Leben nicht vollkommenlich erfüllen.... Und hiezu hat er auch müssen wahrer Gott und wahrer Mensch sein. Denn wär er nicht ein wahrer Mensch, so hätte er sich nicht können unter das Gesetz geben....' Wär er aber nicht wahrer Gott gewest, so hätt ers aus eignen Kräften auch nicht erfüllen können; sintemal das Gesetz fordert die Liebe, die Gott selbs ist.'

nostra causa patri praestitam remissionem peccatorum, iustitiae imputationem, salutem aeternam dicimur adipisci [15]). Sed caveamus ne quo loco de iustitiae Christi operisque satisfactorii ratione ac necessitudine percontandum est, temere ad alium, qui est de nostra iustificatione, locum ablegemur. Quippe quum operis Christi mediatorii fructum non iustitiae, verum redemptionis, satisfactionis, peccatorum remissionis, liberationis a lege Osiander nominibus insignire soleat [16]), hoc iam quaeritur, quale in Christo infecta

15) Cf. S. Decl. 612, 15. 16) Widerlegung Melanthonis H 2 a: 'Zum dritten weil wir durch die Sünd in Gottes Ungnad und Zorn gefallen, dazu unsre Natur durch Sünd also verderbt ist, dass in diesem ganzen Leben Niemand ohne Sünd sein und vollkommenen Gehorsam leisten kann, auch nach der Wiedergeburt nicht, sollt sich Gott wieder zu uns thun, in uns wohnen, unser Leben, Gerechtigkeit und Herrlichkeit selbst sein, wie er zuvor in Adam auch selbst gewesen ist, so musst fürwahr zuvor ein Mittler, Versöhner und Heiland vorgesehn und verordnet sein, der unsre Sünd auf sich nähme, dafür litte, stürbe, sein Blut vergösse und also für unsre Sünd genug thäte; desgleichen sich unter das Gesetz begäbe, das Gesetz für uns erfüllete, für uns ein Fluch würde, auf dass wir beide vom Fluch und von der unerträglichen Bürde des Gesetzes erlöst würden, auf dass uns Gott unsre Gebrechlichkeit und unvollkommenen Gehorsam auch nach der Wiedergeburt nicht zurechnete; auf dass also Gott von Anfang des Falls Adams her bis ans End der Welt auf diesen Mittler und auf unsern Glauben an ihn sehe und uns um seinetwillen wieder zu Gnaden nehme, Sünde vergeben und die Schwachheit nicht zurechne; auf dass er sich wieder zu uns als zu den Versöh-

adhuc beneficiorum mediatoris per fidem applicatione praeter illos operis redemptorii fructus iustitiae sit momentum. Non igitur curamus hoc loco consuetam Osiandri distinctionem identidem sane et enixe vociferantis quaecunque Christus redemptionis et satisfactionis causa cum Deo patre egerit, ante hos mille et quingentos annos peracta non posse illa ad iustificationem facere nostram quae vivis tantum quippe fidelibus impertiatur [17]). Imo effectum scrutamur ac potestatem, quae nulla fidei iustificantis ratione habita in iustitia Christi, comparata quidem illa cum redemptionis negotio, conspicua sit.

Coniicere fortassis animum aliquis induxerit, ex mente Osiandri opere Christi vices hominum peccatorum sustinentis auferri transgressionum mala, bona salutis conferri ope iustitiae una cum natura divina Christo insitae: verum talia incassum coniiciet. Ac primum quidem quaeritans noster et circumspiciens, quid contigisse generi humano agentis Christi et patientis obedientia perhibeat, dicis causa, siquidem constantiam respicis, redemptionem sic fere valere sit, quasi si pretio in libertatem servus aliquis vindicatus non sibi tantum sed etiam liberis manumissionem nactus sit [18]). Quippe ex eiusdem Osiandri in-

---

neten gnädiglich, freundlich und väterlich, ohne Verletzung seines väterlichen Gerichtes, möchte wenden, in uns wohnen und unser Leben, Gerechtigkeit und Herrlichkeit selbst sein.'

17) Bekenntniss B 1 a sq. 18) L. l.

dicio haudquaquam qui cum patribus redemptionis facti sunt participes, possunt illi ac debent hanc sibi sumere consolationem, revera factum esse pretio satisfactionis soluto, ut ex mancipiorum Satanae in filiorum Dei translati statum ab ira iudicioque divino sint immunes [19]). Etenim ut vel maxume in Christo redemptore ac libertatis vindice fiduciam reponas, minume tamen, quoniam qui redemptus non idem iustificatus, angi de salute aeterna desines [20]). Jam vero, id quod obiter liceat attingere, quamquam Osiander activam, quam vocant, Christi obedientiam ab altera passiva discernere solet, conficitur antecedentibus, ne posse quidem illum more apud posteriores ecclesiae evangelicae theologos recepto absolutionem a suppli-

19) Bekenntniss B 4 a. 20) Sic jam aequales Osiandri recte iudicaverunt, cf. Matth. Lauterwalt Elbingensis fünf Schlusssprüche wider A. Osiandrum, Wittenberg 1552, A 3 b: 'Ob aber wohl Osiander von der gnädigen Vergebung der Sünden auch solche Wort führet und mit grossem Pracht, Stolz und Uebermuth rufet und schreiet, er lehre auch also von der Vergebung der Sünden, so ist und bleibet doch die gewisse Wahrheit, dass Osiander solches alles, was er zuvor hat gegeben, wieder alles nimmt und stiehlet den armen geplagten Gewissen; denn sie sind noch nicht gerecht, sondern ungerecht, so können sie in keinem Wege frei sein von Gottes Zorn, von dem ewigen Tode und von dem Fluche des Gesetzes, und sollen sie nach der Vergebung der Sünden von wegen des Gehorsams Christi etwas anderes suchen, darum sie gerecht und Gott gefällig sind, so ist ihnen der rechte Trost aus den Herzen wiederum weggerissen.'

cio immittente repetere a redemptoris passione, ex impletione legis deducere iustitiae donum. Quin eadem haec legis actuosa impletio tantum abest ut ratione, quae eo usque homines inter peccatores deumque iudicem intercessit, inversa iustum coram Deo constituerit genus humanum, ut ipsa quoque nil nisi legem urgentem abrogaverit, legis nomina exsolverit, onus abstulerit. Profecto si quis transfusione illa, qua dicit Osiander cum fidelibus communicari iustitiam Christi, missa quaenam propria sit huius cum negotio redemptoris meritorio comparatae potestas quaesiverit, nullam prorsus illius iustitiae in se spectatae vim esse respondendum est, nisi quod utrique Christi obedientiae fundamenti instar subiecta est. Vide sis miram eorum, quae patiendo Christus et agendo meruerit, cum vera hominum christianorum, qualem quidem efflagitat Osiander, salutis comparatione discrepantiam: quippe deorsum reiecta, quod ad personam Christi attinet, eadem iustitia, sursum quae fertur in salutis applicatione.

Satis iam illud lectoribus persuasum esse existumamus, nec posse praepositâ ea, quam vidimus, iustitiae notione exploratam atque circumscriptam meriti Christi potestatem constare, nec, si qua constituatur, nisi fucate ac simulate aequari doctrinae, quam eatenus explicatione egere non putamus, ecclesiasticae. Neque vero, etiamsi quid ecclesiae conduxerit istarum opinionum refutatio nondum queamus proferre, ab re fuerit, hac iam nobis oblata

occasione monere, quanta inter se quae de iustitiae vi ac ratione deque Christi satisfactione docentur necessitudine coniuncta sint. Verum nos, quo citius finem nobis propositum adsequamur, non subsistentes in illa, quae est de ipsa Christi persona ac munere, quaestione properemus ad alteram, qua, caducis fragilibusque doctrinae fundamentis qualis ab Osiandro superstruatur iustificationis ratio inquiramus. Nec ab instituto alienam hancce disquisitionem esse lectores opinabuntur, qui quidem in iustitiae Christi cum iustificatione fidelium connexione disputationis nostrae momentum verti meminerint.

Profecto vix mirabitur quisquam, Osiandrum sicuti constare sibi non potuit in iustitiae Christi et satisfactionis relatione, ita non minus ancipitem ferri in remissionis peccatorum et iustificationis coniunctione. Nisi quod alternas librae lances modo reliquiarum doctrinae ecclesiasticae ponderibus depressas inverso ordine in altum ferri videmus. Etenim quae duplici illic quasi oppressa et circumsessa Christi obedientia deorsum vergebat iustitia redemptoris, eadem nunc in fastigio constituta non multum abest quin remissionem peccatorum utriusque obedientiae fructum consumat atque exstinguat. Nolumus quidem hoc loco repetere, quae satis iam eruta inter omnes constant, Osiandrum modo duas iustificationis constituere partes, alteram peccatorum remissionem, alteram reconciliationem cum Deo, quam essentialis iustitiae inhabitatione interpreta-

tur[21]), modo totum opus atque negotium, quo iustitia nobis offeratur, communicetur, infundatur, iustificationis nomine compellare[22]), modo seclusa atque praeposita culpae condonatione nil nisi infusionem et translationem iustitiae Christi essentialis in animos credentium iustificationis vocabulo significare[23]). Quae Osiandricae rationis ambiguitas non modo collustranda, verum explicanda est, neque explicatur illa nisi discretis, quae sibi quaeve traditioni ecclesiae Osiander debet, doctrinae elementis. Falsum est autore Osiandro Osiandri illud, verbo includi fideque applicari, quae Christus lege impleta passus ac mortuus apud Deum patrem nostrum in usum effecerit: imo vero verbum illud aeternum, quod filius est Dei

21) Disput. de iustificatione hab. IX. Kal. Novemb. 1550, th. 30: 'Unde iustificationis duae sunt partes, remissio peccatorum et reconciliatio cum Deo;' th. 31: 'Reconciliari autem Deo est Christo uniri, ex eo renasci, illum in nobis et nos in illo esse, per illum vivere, eiusdemque in nobis inhabitantis iustitia iustos censeri.' 22) Schmeckbier C 8 b: (Rechtfertigung ist) 'das Werk und der ganze Handel, dadurch uns solche Gerechtigkeit angeboten, gegeben, eingegossen und mit uns vereinigt wird.' 23) V. c. Bekenntniss Aa 2 a. Praemittit hoc loco Osiander, quid Christus pro nobis coram Deo intercedens effecerit: quippe iram Dei placavit, remissionem peccatorum et reconciliationem cum Deo nobis promeruit. Jam pergit Osiander: 'Gerecht macht er uns damit, dass er uns das Evangelium lässt predigen und uns durch den Glauben seines Lebens, Lichtes, Weisheit, Gerechtigkeit theilhaftig macht, und also selbs nach seiner göttlichen Natur unsere Gerechtigkeit ist.'

divina et ipse gaudens natura unaque cum illa iustitia essentiali iustificansque indutam sibi humanam naturam, ita quidem ut adversus peccati, mortis, inferni impetus sese illa probaverit, verbo externo vehitur circumdatum atque involutum tanquam curru, pari modo iamiam fidelium animos iustitia perfundens atque illi antehac peccatis Christum obruerunt [24]). Hac quasi inundatione facta si quae

---

24) Bekenntniss C 3 a: 'Nun hat Gott dieses sein innerliches Wort, das in ihm Gott selbst ist und aus Maria der Jungfrauen auch wahrer Mensch geboren ist, in das äusserliche Wort gefasset und es durch Christum, seine Propheten und Apostel lassen verkündigen.' Cf. ib. H 2 b et O 3 a: 'Gleichwie das Evangelium das innerliche lebendige Wort Gottes, welches Gott selbst und aus der reinen Jungfrau Maria geboren Fleisch geworden Jesus Christus unser Heiland ist, durch unsern Glauben also in unser Herz bringt, dass wir durch dasselbe vom Tode der Sünden erweckt in Gott und aus Gott wiederum leben, ja Gott selbst unser Leben ist, also ist eben dasselbige Wort Gottes, das Gott selbst Jesus Christus unser Herr und Heiland ist, auch unsere Gerechtigkeit selbst und macht uns gerecht durch sich selbst.' X 4 b: 'Dagegen wenn wir durch den Glauben in ihm sein und er in uns, so werden wir in ihm auch Gottes Gerechtigkeit, wie er Sünd geworden ist, das ist, er überschüttet und erfüllet uns mit seiner göttlichen Gerechtigkeit, wie wir ihn mit unsern Sünden überschüttet haben, dass Gott selbst und alle Engel, dieweil Christus unser und in uns ist, eitel Gerechtigkeit in uns sehen, von wegen der allerhöchsten, ewigen und unendlichen Gerechtigkeit Christi, die seine Gottheit selbst ist und in uns wohnet. Und obschon noch Sünd in unserm Fleische wohnet und anklebt, so ists doch eben als ein unreines Tröpf-

adhuc peccata carni nostrae adhaerescunt, sunt illa guttulae instar cum immensa oceani mole comparatae. Vide imputationis iustitiae Christi, siquidem in hac Osiandri opinione requiescas, quam nullus sit locus! Etenim negat imputari noster cuiquam Christi iustitiam, in quo Christus sanctusque eius spiritus non insint [25]). Quod cave ne eodem sensu acci-

---

lein gegen einem ganzen reinen Meer, und Gott wills um der Gerechtigkeit Christi willen, die in uns ist, nicht sehen.' 25) Bekenntniss M 4 b: 'So muss von Nöthen das auch folgen, dass die Gerechtigkeit Keinem wird zugerechnet, in dem Christus und sein heiliger Geist nicht wohnen, denn solche sein untüchtig, verworfen, gehören Christo nicht an, sondern gehören ins Teufels Reich, darum ist allhie auch widerlegt, überwunden und gestürzt der Irrthum derjenigen, die da sagen, lehren und schreiben, die Gerechtigkeit sei ausserhalb unser und werd uns erst in jenem Leben eingegossen.' Paulo ante cum ecclesiastica de imputatione doctrina sic decidere Osiander conatur, ut duplicem notionis vim constituat. 'Imputare heisst eigentlich zurechnen und das auf zweierlei Weis: einmal wenn man einem ein Ding zurechnet, als hab ers empfangen, so ers doch nicht empfangen hat, sondern ein Anderer, dem ers ist schuldig gewesen; das andre Mal wenn man einem ein Ding zurechnet, als hab ers bezahlt, so ers doch nicht bezahlet hat, sondern ein Andrer hats für ihn bezahlet.' Quam alteram imputationis notionem comprobans Osiander mox tacite aliam inducit sententiam suis rationibus adcommodatam, qua invita definitione praemissa ab inhabitatione Christi pendere iubet imputationem. 'Auf diese letzte Weis wird uns aller Verdienst Christi und darnach auch sein Gerechtigkeit, dieweil er durch den Glauben in uns wohnet, zugerechnet, als hätten wirs selbst gethan und verdienet

pias, quo etiam ecclesia evangelica fidem ideoque actuosam spiritus s. ipsiusque Christi praesentiam tam necessario ad iustitiae imputationem requiri docet, ut absque illa irritum haec sit figmentum. Scilicet non hoc agitur, quibusnam gratiae vel primitiarum gratiae donis instructus sit ille, qui imputatam nactus est iustitiam, verum illud quaeritur, num propter insita haec dona iisque fretus placatam habeat conscientiam.

Haec talis iustificatio, qua quae insunt homini, eadem imputantur, i. e. non imputantur, ut prorsus conveniat cum sanctificatione et renovatione profecto non sequitur. Ac perperam quidem, nisi vehementer fallimur, Osiandrum defenderunt illi, qui conniventes in doctrinae discrepantia unicum ecclesiae atque Osiandri discrimen in voce iustificandi positum esse aiebant. Dicebant enim, hac solum in re cum ecclesia nostrum dissidere, quod vocabulum iustificationis non ad remissionem peccatorum, quam haud secus atque reliqui ab obedientia Christi repeteret, verum ad renovationem pertinere iudicaret [26]). Lubricam sane defensionis rationem, quae patroci-

---

was er gethan und verdienet hat und wären selbst gerecht, wie er in uns gerecht ist.' Quare falluntur illi, 'welche bekennen, es werde uns der Verdienst und die Gerechtigkeit Christi zugerechnet, aber doch nur so, dass ja Christus mit seiner Gerechtigkeit nicht in uns wohne.' Agnosces versatile praestigiatoris ingenium. — 26) Matth. Vogel, Bedenken von der zugetragenen Zwiespalt, f 4 a et b, cf. h 1 a sq.

nando gravioribus reum criminationibus urgeat! Namque quoniam salutis aeternae illos consortes fore, quibus nil nisi peccatorum remissio contigerit, praefracte Osiander infitiatur, imo vero omnem fideles in iustificatione reponere spem atque fiduciam iubet[27]), quid tandem apertius, quam confirmari patrocinio illo accusationem adversariorum, qui ex Osiandri ratione pendere salutem a sanctificatione criminabantur?

Verum enim vero non possumus a nobis impetrare, ut Osiandrum in illa quae est de terminis iustificationis et renovationis rite pangendis controversia ab omni suspicione liberemus. Habet enim dubitationem inhabitationis Christi i. e. iustificatio-

---

27) Auslegung der Worte Joh. 16 (10) B 3 a: 'Wollt ihr gerecht sein und das Reich Gottes ererben, so muss wahrlich der in euch sein, der allein gen Himmel fähret und zum Vater gehet, das ist Gottes Sohn, Gott selbst, der vom Himmel kommen ist, sonst werdet ihr nimmermehr gen Himmel fahren noch zum Vater kommen. Was hülfe es denn euch, wenn ihr gleich alle Gerechtigkeit hättet, die Menschen und Engel erdenken könnten, und hättet diese einige ewige Gerechtigkeit nicht, die der Sohn Gottes nach seiner göttlichen Natur mit dem Vater und dem heiligen Geist selbst ist? Dieweil euch keine andere Gerechtigkeit in den Himmel erheben und zum Vater bringen kann. Wenn ihr aber diese Gerechtigkeit durch den Glauben ergreift und Christus in euch ist, was kann euch doch mangeln, das ihr nicht in seiner Gottheit reichlich, überflüssig und unendlich genug habt?' Adde 'wider den lichtflüchtigen Nachtraben' C 1 a.

nis fructuumque eius mutua ratio, nec si Osiandrum prorsus commiscuisse cum iustificatione renovationem negemus, probe eum et circumspecte tum conjecti tam discernere utramque concedemus. Quippe ea Christi insitio, quae iustitiam fidelibus confert, spiritualem infundere vitam hunc fere in modum dicitur, ut ipsius vitae mensura metiri liceat modum iustificationis. Pauli enim illud, vere ex lege fore iustitiam, lex si data esset, quae vivificare posset (Gal. 3, 21), luculenter testari ait Osiander, iustificationem et vivificationem ita inter se alternari, ut quod iustificet idem vivificet nec non quod vivificet idem iustificet [28]). Nimirum in divina domini nostri Jesu Christi natura tam arcte consociata sunt inter se iustitia ad vita, ut etiam scriptura sacra, utrum ex iustitia originem vita, an ex vita trahat iustitia, non decernat [29]). Hinc inverso dicendi genere vi-

---

28) Bekenntniss O 3 b: 'Darum spricht auch Paulus zu den Galatern am 3. Wann ein Gesetz gegeben wäre, das da lebendig machen könnte, so käme wahrhaftiglich die Gerechtigkeit aus dem Gesetze, und bezeugt gewaltiglich darmit, dass uns nichts gerecht machen könne, denn das da lebendig mache, und wiederum was uns lebendig mache, das mache uns auch wahrhaftiglich gerecht.' Cf. Schmeckbier G 4 a. 29) Bekenntniss l. l. 'Und sind also Leben und Gerechtigkeit so gar in dem einigen göttlichen Wesen unsers Herrn Jesu Christi vereiniget, dass auch die heilige Schrift nicht erkläret, ob das Leben aus der Gerechtigkeit oder die Gerechtigkeit aus dem Leben komme. Denn da Paulus spricht: wann das Gesetz lebendig machet, so käme die Gerechtigkeit wahrhaftig daraus,

tam, quae per inhabitationem Christi nobis inest, iustitiam esse nostram pronuntiare licet: quippe fieri nequit, quin qua imbuti sumus fideles vita divina, iusta sit illa, vel qua praediti sumus Dei iustitia, ad vitam illa spiritualem morte peccatorum superata protinus perducat [30]). Quod in eandem fere sententiam alio loco hisce verbis Osiander significat, contingere nobis iustificationem hoc modo, ut evangelio praedicato per fidem suae Christus vitae, lucis, sapientiae, iustitiae nos participes reddat atque ita secundum divinam naturam nostra sit iustitia [31]). Denique, id quod rem conficit, tantumdem iustificare evangelium quantum vivificet asseverare Osiander non dubitat [32])).

Hinc licet perspicere, quid secutus Osiander exsecrandi erroris eos accusaverit, qui renovationem

---

da lässt sichs ansehen, als sollte die Gerechtigkeit aus dem Leben folgen. Aber da er spricht: der Gerechte wird seines Glaubens leben, da lautet es eben, als müssen wir vor durch den Glauben die Gerechtigkeit und darnach durch die Gerechtigkeit das Leben erlangen.' 30) Bekenntniss O 4 a: 'Aber wie ich gesagt hab, so ist es unmöglich, dass wir das göttlich Leben sollten in uns haben, und es sollte doch nicht ein gerechtes Leben sein, oder dass wir sollten Gottes Gerechtigkeit in uns haben, in Christo Jesu, und sollten doch noch nicht leben, sondern noch in Sünden und Uebertretungen todt sein.' 31) Vide locum n. 23 laudatum. 32) Bekenntniss F 3 b: 'So erzeiget es (das Evangelium) seine Kraft weiter und rechtfertigt uns auch, das ist, es macht uns gerecht, eben und in aller Masse, wie es uns auch lebendig macht.'

hominis regenerationi debitam ab iustificatione secluderent atque arcerent [33]): quippe semen illud, quo spiritualis partus effieitur, est verbum internum externo comprehensum i. e. ipse Deus i. e. iustitia Dei essentialis vitae illa conveniens atque respondens [34]). Temere commiscuisse et conturbasse Osiandrum talia perhibentem humanam atque divinam naturas, quemadmodum revera Pantheismi reum agere nostrum adversarii eius ausi sunt [35]), nos quidem quominus

---

33) Bekenntniss V 2 b: 'Und da siehet man abermals, wie gräulich die irren, die mit diesem Spruche Davids und Pauli wollen beweisen, dass unsere Gerechtigkeit nichts Anderes sei denn Vergebung der Sünde allein; denn sie haben das Zudecken der Sünde mit der Gerechtigkeit Christi übersehen, sie haben auch die Verneuerung des inwendigen Menschen, so durch die Wiedergeburt geschieht, von der Rechtfertigung hinweggeworfen.' 34) Bekenntniss P 1 a sq.: 'Hie ist ja klar, dass wir durch den Glauben an das Evangelion darzu kommen, dass der unvergängliche Same des lebendigen und ewigen Wortes Gottes (das ist das innerliche Wort Gottes in das äusserliche gefasst) in unser Herz kommt. Wo aber das lebendige, ewige Wort Gottes ist, der ist auch der heilige Geist. . . . Sind wir denn neugeboren, so ist der Same dieser neuen Geburt Gottes Wort, Gott selbst, und Gottes Geist, Gott selbst ist in dem Wort, solcher Same Gottes bleibt bei uns.' Cf. Q 3 a sq. 35) V. c. 'Grüntliche Anzeigung, was die Theologen des Churfürstenthumbs der Marck zu Brandenburg von der christlichen evangelischen Lehr halten, Frankfurt a. d. O.' 1552, K 3 a: 'Er (Osiander) schleusset auch, dass wir derwegen, dass Gott der Vater, Sohn und heiliger Geist in uns wesentlich und persönlich wohnen, auch eine göttliche Person

indicemus prohibet disserta Osiandri explicatio, qui semen illud regenerationis creaturam esse negans non magis in nobis et nostra causa creaturam fieri pronuntiet, quam transfusione nondum facta unquam fuerit res creata [36]). Quamquam nec de modo, quo integris et Dei et hominis naturis divina humanis ingenerentur, valde occupatum nec de argumentis, quibus hanc Dei cum natura humana communionem comprobaturus sit, oppido sollicitum Osiandrum deprehendimus. Itaque missam utcunque facientes illam accusationem non tamen possumus, quin pessum dari atque proiici ratione Osiandri statuamus quaecunque ex instauratione fidei evangelicae ecclesia ceperit emolumenta: violari certe fundamentum salutis extra nos positum, labefactari hominum christianorum fiduciam illo innitentem fundamento, ruinam denique dare augustam atque sacrosanctam de iustitia hominis peccatoris doctrinam.

---

sein.' Cf. Censura Nicol. Galli de controversis Osiandri, apud Schlüsselb. Cat. Haer. VI, 105. 36) Bekenntniss P 2 a: 'So ist nun Vater, Sohn und Geist, das ganze göttliche Wesen, in uns, und der Vater gebiert uns durch seinen Samen wieder von Neuem, das ist, er verneuet unsern alten Menschen ganz und gar, dass wir eine neue Kreatur werden. Eine Kreatur sein wir und bleiben wohl eine Kreatur, wie köstlich wir auch verneuert werden, aber der Same Gottes und das ganze göttliche Wesen, das also aus Gnaden in uns ist, wie in Christo von Natur, wird auch in uns oder von unsertwegen nimmermehr keine Kreatur werden, sondern wahrer Gott ewiglich in uns bleiben.'

Osiander a divina Christi natura eaque sola iustitiam peccatoris repetens incarnationis Christi necessitatem non neglexit quidem verum alio atque ecclesia modo agnovit. Etenim quemadmodum humana Christi natura suam ipsius iustitiam nanciscitur communione naturae divinae, quae ipsa est iustitia, ita quidem ut quae Dei verbi sit ab aeterno et secundum essentiam eadem fiat iustitia hominis inde ab incarnatione et secundum inhabitationem: sic etiam homines, quicunque salutis in Christo compotes fiunt, iustitia potiuntur eadem, quae est divinae Christi naturae, ita quidem ut inter hanc essentialem iustitiam hominesque iustificandos medium humana Christi natura locum obtineat [37]). Jam qui Osiandrum etiam nulla habita peccati ratione demere nonnumquam concreatam protoplastorum iustitiam atque in eius locum substituere inhabitantem Dei iustitiam sive essentiam meminerint [38]), quam quidem iustitiam negat inhabitare nisi intercedente humana Christi natura, aliquo modo nunc perspicient illi, qui factum sit, ut incarnandum fuisse filium Dei etiamsi peccatum non introivisset in mundum Osiander doceret [39]). Inter illas enim rationes, quibus hanc de

37) Locos huc facientes paulo post proferemus. 38) Cf. p. 12. 39) 'An filius Dei fuerit incarnandus, si peccatum non introivisset in mundum? item de imagine Dei quid sit? ex certis et evidentibus s. s. testimoniis et non ex philosophicis et humanae rationis cogitationibus depromta explicatio, Regiom. 1550. Utimur locis, quos satis integros, ut videtur, excerpserunt

incarnatione Christi sententiam fulcire conatur, gravior esse magisque prodere internum cum iustificationis commento nexum altera, quae est de creando ac formando homine ad similitudinem humanae Christi naturae in mente Dei praedestinatae [40]), haec nobis videtur, qua nisi incarnandus fuisset filius Dei hominibus in peccati labem atque reatum non delapsis, nos atque adeo totum regnum Dei coactos fuisse carere rege nostro idque in omnem aeternitatem Osiander opinatur [41]). Nimirum etiam de hominis lapsi iustificatione disserens insitionem illam atque implantationem, qua capiti nostro Jesu Christo per fidem et sacramenta immittamur tamquam viti sarmenta, apprime urget atque inculcat. Sicut vitis duae sunt naturae, altera ligni, quam retinet illa etiamsi exaruerit, donec putrescat vel comburatur, vini altera eaque abscondita et foecunda, quae ut frugifera sit vitis nec alios sarmenta ligno vitis inhaerentia fructus nisi uvas proferant efficit: ita etiam

---

Wigandus (de Osiandrismo) et Schlüsselburgius (in Catal. Haeret.); cf. Planckius IV, 274 sq. 40) Wigandus p. 24: 'Si filius Dei non debuisset fieri homo, Adamus non fuisset ad imaginem Dei conditus'; quocam enuntiato cf. alterum hoc: 'Dicit Deus hominem facturum ad similitudinem suam etc., ut scilicet homo talis fieret, qualis Christus secundum humanam naturam in mente Dei praedestinatus esset. Imago Dei esse nulla ratione potuisset, si filius Dei homo Jesus Christus nascituras nunquam fuisset': v. Planckius l. l. 41) Wigandus l. l.

Christus duabus gaudet naturis, humana atque divina, neque quae huic debentur beneficia possunt proferri illa atque communicari nisi intercedente altera, ita quidem, ut qui inserti atque implantati non sint humanitati eius, carnis Christi atque ossium participes, iidem consortione divinae eius naturae cunctisque quaecunque proveniant inde fidelibus beneficia careant [42]). Quae si ita sunt comparata, ecquis non perspiciat, inde subnasci peculiarem illam Osiandri de incarnatione Christi opinionem, duabus

42) Bekanntniss Aa 4 b: 'Da kann man nun fein sehen und verstehen, wie die ganze Menschheit Christi darzu dienet, auf dass die Gottheit, damit sie eine einige Person worden ist, in uns auch komme und alles in uns wirke, gleichwie der ganze Weinstock darzu dienet, dass die Reben, so am Weinstock sein, mit ihm einer Natur sein und Frucht tragen. Denn im Weinstock sind auch zwei Naturen, eine ist des Holzes Natur, dieselbige behält der Weinstock, wenn er schon verdorret, so lang bis er verfaulet oder verbrannt wird, die andere ist aber die verborgene fruchtbare Wein-Natur, die da ein Ursach ist, dass der Weinstock Frucht giebt, und nur Wein und nicht Aepfel oder Birn, ja es ist eben die Natur, die er verlieret, wann er verdorret. Wie nun die Reben nicht könnten die Wein-Natur bekommen, wenn sie nicht Holz vom Holz des Weinstockes wären, also könnten auch wir nicht die göttliche Natur von Christo bekommen, wenn wir nicht durch Glauben und Tauf in ihn eingeleibet Fleisch und Blut und Gebein von seinem Fleisch, Blut und Gebein wären worden; und wiederum gleich wie der Weinstock, wann er verdorret und der Wein-Natur beraubt worden wäre, dem Reben nichts könnte geben, also auch die Menschheit Christi, wenn sie ohne Gott wäre, spricht Dr. Luther, so wäre sie kein nütze.'

quippe fundatam rationibus, altera, qua omnem omnino generis humani iustitiam ab inhabitatione divinae naturae repetit, altera, qua eandem Dei insitionem non nisi intercedente humano humani generis capite i. e. homine Jesu fieri posse autumat.

Non inviti fecimus, ut a via disputationis instituta paulisper deflectentes quomodo haec quoque Osiandri de incarnationis Christi causa ac ratione sententia cum primario illo iustitiae et iustificationis commento connexa esset ostenderemus. Namque quoniam vel hoc loco, quem quum Osiander leviter tantum tetigisset certi aliquid illa de re non ausus pronuntiare [43]) et ipsa ecclesia intactum reliquit, erroris Osiandrici cardinem in effingenda iustitiae notione verti conspicuum est, quis tandem ecclesiae totius cum Osiandro dissensionis fundamentum in iustitia Dei essentiali iustificationis negotio ab Osiandro substructa positum esse asserenti [44]) suffragari recusaverit? Hoc vero nunc dicimus atque demonstrandum nobis sumsimus, nec debuisse nec potuisse ecclesiam destructo iustificationis illo iustitiae Christi essentialis fundamento aliud quoddam in illius locum non substituere, neque Formulam Concordiae diiudicantem de iustificationis indole ac natura non diiudicasse de obedientia et satisfactione Christi.

43) Wigandus l. c. p. 39: 'Scribit insuper (Osiander), se palam monuisse, quod hactenus non proposuerit ut articulum fidei neque se cum quoquam de ea quaestione contentiose litigaturum.' 44) S. D. 610, 2 — 611, 4.

Quod quo magis non modo factum sed necessario factum esse appareat, primum quidem lectores id velim attendant, eam hominis christiani iustitiam, qua imputata ut iustus reputetur contingat, extra nos nostraque opera in solo Domino nostro Jesu Christo repositam atque quaerendam esse F. C. iudicare [45]). Aliena est iustitia, quae deficiente nostra defectum supplere dicitur: nec ideo professa ecclesia de huiusce iustitiae origine, conditione, potestate, quibus expositis de nostrae iustitiae ratione et indole exposuit, existumanda est destitisse profiteri de eodem iustificationis argumento, quod reprobando, docendo, confitendo explicare constituit.

Unanimi consensu Augustanae Confessionis theologos asseruisse dicit F. C. fidei iustitiam esse remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo et adoptionem in filios Dei propter solam Christi obedientiam, quae per solam fidem, ex mera gratia, omnibus vere credentibus ad iustitiam imputetur, ita ut ipsi propterea ab omni iniustitia absolvantur [46]). Quo in loco illud non est, quod confessoribus exprobremus, non sibi constare Formulam in explicanda iustitiae vi ac notione. Sane quidem non tam artis dogmaticae accurationem quam vitae christianae

45) S. D. 622, 55: 'Cum in ecclesiis nostris extra controversiam positum sit, totam iustitiam nostram extra nos et extra omnium hominum merita, opera, virtutes atque dignitatem quaerendam eamque in solo Domino nostro Jesu Christo consistere' etc. 46) S. D. 611, 4.

experientiam sapiunt verba illa, quibus modo remissione peccatorum, reconciliatione cum Deo, adoptione, modo ipsa Christi obedientia nobis imputata iustitiae notio vel definitur vel describitur. Sed ne perperam hanc dicendi ambiguitatem vel accusavisse vel defendisse videamur, illud monemus, obedientiae Christi nobis imputatae fructus, quos primo loco iustitiae nomine F. C. complectitur, seorsum commemorari hanc ob causam, quia ab Osiandro iustitiam atque iustificationem a peccatorum condonatione et reconciliatione hominis cum Deo dispescente hac quoque in re erat discedendum. Sicut enim qui iustitiam Christi essentialem efficere arbitratur, ut qui imbuti atque praediti sint ea iidem iustitiam nacti esse reputentur, remissionem peccatorum non potest non separare ab iustificatione: sic qui illam Christi inhabitationem ab iustitia hominis iustificati discernendam esse ducunt, ita quidem ut hancce illa non constituat verum excipiat, liberationem a culpa reatuque praecipuum iustificationis donum esse existumabunt. Quae quum ita sint, asserentibus nobis ab ecclesia in illum iustitiae, qualem effinxerit Osiander, locum substitutam esse notionem obedientiae a Christo praestitae nobisque imputandae non vereamur ne quisquam refragetur [47]).

---

47) S. D. 611, 4 cf. 612, 9, 15. Propter solam Christi obedientiam nos iustos reputari etiam Osiander sensu quidem ab ecclesia diverso dicere poterat; neque tamen ullo modo ra-

Obedientiam igitur, qua morem Christus patris voluntati gessit, ideoque nec alterutram redemptoris naturam nec integram eius personam, sed personae actum iustificationi nostrae respondere atque rationis instar subiectum esse ex mente ecclesiae docemus. Quippe Osiandricae opinionis, divinam Christi naturam intercedente humana iustitiam iustitiaeque christianae fontem esse, non haec tantum est negatio evangelica, qua in utraque Christi natura iustitiam fidelium fundatam, vel secundum utramque naturam Christum esse iustitiam nostram F. C. contendit, sed primario loco in opere quodam integrae huius personae, dico obedientia, quam persona Christi patri praestitit, iustitiam consistere, inniti, contineri [48]). Neque est, cur iis F. C. locis in aliam nos abduci viam patiamur, quibus iustitiam fidelium ne cum Osiandro a divina tantum Christi natura verum ut ab indivisa Dei hominisque persona repetant lectores monentur [49]). Iisdem enim locis, quatenus haec talis persona hominum christianorum sit iustitia, sic fere adiicitur, ut 'qui nos (ut Deus et homo) a peccatis nostris perfectissima sua obedientia liberaverit, iustificaverit atque salvos fecerit', is huius operis habita ratione iustitia esse nostra dicatur [50]). Id

tionibus eius convenit, quod v. c. 612, 14 F. C. autores pronuntiant: iustitiam illam, quae coram Deo fidei aut credentibus ex mera gratia imputetur, esse obedientiam Christi. 48) S. D. 622, 55 sq. 623, 60, 61. 611, 4, al. 49) S. D. 622, 55; 623, 58. 50) S. D. 611, 4.

quod in eandem sententiam hoc quoque modo confessores exprimunt, iustitiam nostram neque in divina neque in humana natura sed in tota Christi persona consistere, quippe qui ut Deus et homo in sola sua tota et perfectissima obedientia sit nostra iustitia [51]). Rem autem conficit ea argumentandi ratio, qua in demonstranda hac propositione F. C. utitur [52]). Re vera enim nec humanitatem Christi etiamsi de spiritu s. sine peccato conceptus et natus esset et in sola humanitate sua omnem iustitiam implevisset, nec divinam eius naturam, si Filius Dei homo factus non esset, effecturas fuisse, ut iusti coram Deo reputaremur, hoc modo ostenditur et comprobatur, quod ita obedientia illa, quae utique erat praestanda, siquidem nobiscum communicare vellet Deus iustitiam, praestari non potuisset. Quod ne cui obiter disputatum alienumque esse videatur a confessionis argumento atque consilio, praemissis hisce rationibus 'credere se, docere et confiteri' dicunt F. C. patres: totam totius personae Christi obedientiam, quam ille patri usque ad ignominiosissimam crucis mortem nostra causa praestiterit, nobis ad iustitiam imputari. Jam

51) S. D. 622, 55; cf. 623, 58: 'et hoc modo fides nostra respicit in personam Christi, quatenus illa pro nobis legi sese subiecit, peccata nostra portulit et, cum ad patrem suum iret, solidam, absolutam et perfectissimam obedientiam (iam inde a nativitate sua sanctissima usque ad mortem) patri suo coelesti pro nobis miserrimis peccatoribus praestitit.'

52) S. D. 622, 56.

vero repetunt argumenta: humana natura sola, sine divinitate, aeterno, omnipotenti Deo neque obedientia neque passione pro totius mundi peccatis satisfacere valuisset; divinitas vero sola, sine humanitate, inter Deum et nos mediatoris partis implere non potuisset [53]).

Video credo de satisfactionis opere pronuntiasse ecclesiam pronuntiantem de negotio iustificationis temere nos opinatos non esse. Justitiae obedientiam, actum essentiae, naturae virtuti operationem personae ecclesia opposuit. Qua in re definienda con-

---

53) Ibid. — Ceterum quae de obedientia Christi nobis iustificandis imputanda h. l. docentur, eorum theologorum consensum exprimunt, qui Osiandri aequales exstitere adversarii: cf. J. Menius 'von der Gerechtigkeit, die vor Gott gilt' 1552, G 4 a; I. Cens. der fürstl. sächs. Theologen zu Weimar und Coburg, Erfurt 1552 C 2 b: 'Es muss ja Jedermann verstehen und bekennen, weil Gott durch nichts Anderes zu Zorn und Ungnaden wider uns arme Menschen bewegt worden ist, uns in Tod zu verdammen, denn nur allein durch unsere Sünde und Ungehorsam, damit wir sein heiliges Gesetz übertreten haben, dass uns freilich auch wiederum nichts versöhnen, von der Strafe des Todes und der Verdammniss erlösen und selig machen kann, denn die Gerechtigkeit und der Gehorsam, damit sein heiliges Gesetz erfüllt wird: solchen Gehorsam aber und Erfüllung hat Niemand leisten können, denn der einige Mittler, unser lieber Herr und Heiland Jesus Christus, an unserer Statt, für uns und uns zu Gut, dass er uns zur Gerechtigkeit von Gott zugerechnet und wir von desselbigen wegen gerecht gesprochen werden.' Eodem modo Flacius iudicat in 'Verlegung Osiandri' a 3.

sulte operationis, obedientiae, satisfactionis vocabula adhuc promiscue usurpamus.

Sed ulterius iam est progrediendum. Apparet enim aliquam necessario intercedere causam, cur obedientiae Christi ab ecclesia attribuatur quod naturae deberi divinae Osiander existumaverat. Et ethicam quidem subesse docemur rationem, quam ut respiciamus non tam artis theologicae quam fidei interest. Nimirum eiusmodi dicimus rationem, quae e summis doctrinae evangelicae principiis nata atque deducta ad hominis pertineat consolationem, conscientiae perterrefactae placationem, denique verae atque absolutae cum Deo reconciliationis fiduciam. Illud enim Christi θεανθρώπου opus, quo imputato atque applicato peccatoris reatus tollitur anxiaque tranquillatur conscientia, tale quid efficere non posset, nisi eodem opere satisfieret legi divinae [54]). Aeterna et immutabili iustitia divina, quae in lege revelata est, obstrictum sese eique obnoxium esse homo peccator sentiens nunquam de salute sollicitus esse desinet, nisi quibuscunque huiusce legis mandatis, postulatis,

54) S. D. 616, 30. Quo loco, 'ut perturbatae mentes certam firmamque consolationem habeant', exponitur, quanam in re iustitia fidei coram Deo consistat. Jam addunt Confessores: 'ad eundem modum etiam fides illa in iustificatione coram Deo neque in contritione neque dilectione aliisve virtutibus, sed solo Christo confidit, et in Christo, ipsius perfectissima obedientia, qua pro nobis legem implevit, nititur, quae obedientia credentibus ad iustitiam imputatur.'

accusationibus, poenis obstrictum sese cognovit, iisdem plene, solide, integre obedientia Christi satisfactum esse exploratum habuerit. Aeterna enim et immutabilis vocatur Dei iustitia, quia non potest cessare illa, verum omnia perfici, expleri, praestari a creatura eaque peccatrice iubet, quae ut perficiantur, expleantur, praestentur lege eaque violata iniungutur [55]).

55) S. D. 623, 57: (Obedientia Christi) 'est perfectissima pro humano genere satisfactio et expiatio, qua aeternae et immutabili iustitiae divinae (quae in lege revelata est) satis est factum.' Quem locum ne quis perperam nos nostram in sententiam trahere autumet, ad Chemnitium provocamus, praecipuum F. C. autorem, qui in Locis II, 313 'non disputandum est, inquit, de absoluta potentia Dei, an possit aliquem sine vera iustitia iustificare. Sed ex verbo revelato iudicandum est. Lex autem promittit misericordiam illis, qui diligunt Deum et custodiunt mandata eius (hoc est, requirit iustitiam in iustificandis), illis vero, qui non permanent in omnibus, quae scripta sunt in lege, aeternam maledictionem denuntiat. Et norma illa iustitiae in Deo, quae in lege patefacta est, aeterna, immota et immutabilis est Mt. 5, 18. Non igitur vult nec potest Deus sine vera aliqua iustitia interveniente iustificare. Dixit enim abominationem coram Deo esse, iustificare impium sine iustitia Prov. 17, 5; Jes. 5, 23. Et se ipsum negare non potest: quia igitur illam legis iustitiam, cui promittitur vita aeterna, nec habemus nec praestare possumus in hac vita et tamen Deus proposuerat sua gratia nos iustificare, non autem poterat fieri solutio, destructio et interitus legis Mt. 5, 18, Rom. 3, v. ult.; facta igitur est translatio legis Hebr. 7, 12 in mediatorem sc. filium Dei hoc modo, ut pro nobis sub lege factus legi satisfaceret, duobus potissimum modis,

Quaerentibus nobis, numquid rationis habeant auctores F. C. talia ratiocinati cum Osiandri placitis, in promptu est respondere, impugnationem Osiandrici erroris, quae quin propositionibus illis facta sit nulli dubitamus, paullo aliter hic atque in antecedentibus esse comparatam. Neque enim homines peccatores eo quo diximus modo lege obstrictos esse Osiander negaverat, imo vero Christum obedientia patri per totam vitam usque ad mortem praestita remissionem peccatorum et reconciliationem cum Deo parasse generi humano docebat. Sed quoniam tali Christi obedientia infitiatus erat fieri, ut iusti reputentur, quibus imputetur illa, F. C. improbata Osiandrica iustificationis via probare debebat et profitendo laudare *eam* iustificationis viam, quam iustificandis sufficere Osiander negaverat. Falli utique iudicamus eos, qui nullam rati inter Osiandrum et ecclesiam de opere Christi redemptorio intercedere controversiam nullam ideo fuisse ecclesiae causam putant de opere illo quidquam profitendi. Namque quae eadem utrimque

---

solvendo scil. poenas pro peccatis totius mundi et praestando perfectissimam obedientiam, ut scil. esset vera et perfectissima iustitia iuxta normam voluntatis divinae, qua gratia et misericordia Dei credentes iustificet, hoc est, acceptet ad vitam aeternam. Quia vero haec satisfactio legis debebat talis esse, quae sufficeret ad redemptionem et iustitiam pro toto mundo, ideo oportuit personam mediatoris esse simul Deum et hominem, ut pretium esset aequivalens.'

docebantur, diversis utique locis, diverso iustificationis respectu, diversa denique mente proposita sunt.

Sed reliquum est, ut operis Christi obedientiae nomine hactenus insigniti quaenam sit indoles atque natura uberius ostendamus. Qua in re admodum varia nobis in F. C. obvia est dicendi ratio. Namque integrum illud, quod pro genere humano fundamentum iustificationis iacturus Christus operatus est et praestitit et peregit, modo obedientiae nude positae [56]), vel perfectissimae obedientiae [57]), vel totius obedientiae [58]), vel totius et perfectissimae obedientiae [59]), vel solidae, absolutae et perfectissimae obedientiae [60]) locutionibus compellat, modo obedientiam dicit et passionem [61]), vel iustitiam obedientiae, passionis et mortis [62]), vel obedientiam, passionem et resurrectionem [63]), vel etiam unicum meritum perfectissimamque obedientiam, passionem acerbissimam, mortem et resurrectionem Domini nostri Jesu Christi [64]). Qua dicendi varietate facile adduci aliquis possit, nullam omnino, quae quidem professionis sit, de opere Christi doctrinam F. C. contineri. Sed vide, quaeso, ut gravissumis confessionis locis, qui quin ad fidei ecclesiasticae quasi medullas pertineant dubitari nequit, eadem haec dicendi varietas conspicua sit.

---

56) S. D. 611, 4; 612, 11. 57) S. D. 611, 4; 614, 22; 616, 30. 58) S. D. 612, 15; 622, 56. 59) S. D. 622, 55. 60) S. D. 623, 58. 61) S. D. 623, 56. 62) S. D. 617, 32. 63) S. D. 612, 14. 64) S. D. 612, 9.

Improbam profecto laborem, quo quis in illis fidei et doctrinae sedibus singulos quasi abscindere totius corporis articulos, servare alios, alios abiicere nitatur! Quamobrem si iure meritoque non varietatem sed discrepantiam, inconstantiam, ambiguitatem illis in locis deprehendere tibi visus sis, haec ne non theologorum sed confessorum sit accusatio summopere veremur. Caeterum ne illud quidem cum veritate historica constare cognitum habemus, quod extra controversiam cum Osiandro actam tota haec quaestio posita fuerit. In eadem enim adversariorum, quam quidem observasse sibi videbatur, discrepantia sic offendebat Osiander, ut relata atque exagitata hac dicendi varietate refutationi illorum satisfieri existumaret [65]). *Hinc*

---

65) Wider den lichtfl. Nachtraben B 3 b: 'In Summa, das ist der Fehl an diesem Nachtraben und seinsgleichen, dass sie solche verwechselte, verblümte und geschmückte Rede nicht kennen, noch von der einfältigen, unverblümten, eigentlichen und natürlichen Reden unterscheiden können noch wollen. Darum haben sie schier so mancherlei Gerechtigkeit, so mancherlei Sprüch sie in der h. Schrift von der Gerechtigkeit lesen. Denn lesen sie: Abraham hat Gott geglaubt und es ist ihm zur Gerechtigkeit zugerechnet, so machen sie schon zweierlei Gerechtigkeit. Ein Theil fällt auf das Wort Glauben und spricht: der Glaub ist unsere Gerechtigkeit. Der andere Theil fällt auf das Wort zurechnen, und dass uns Gott Gerechtigkeit zurechne und uns für gerecht halte, wiewohl wirs nicht seien, das sei unsere Gerechtigkeit. Lesen sie dann, wir seien durch sein Blut gerechtfertigt, so sprechen sie: der theure Schweiss Christi ist unsere Gerechtigkeit. Lesen sie aber, wie durch Eines Menschen Ungehorsam viel Sünder, also seien durch

factum est, ut Jacobus Andreae in illis sermonibus, qui prima confessionis adumbratio exstitere, de iustitia hominis peccatoris disserens simplices laicos commonefaciendos esse iudicaret, scripturam s., si forte iustitiam varie variis locis vel passioni vel sanguini vel itioni redemptoris ad patrem tribuat, nihil fere aliud hac verborum varietate significare nisi integram plenamque obedientiam, quam nostrae redemptionis et iustificationis gratia patri praestiterit 66). Id quod

---

Eines Gehorsam viel gerecht geworden, so sprechen sie bald: der Gehorsam Christi ist unsere Gerechtigkeit. Lesen sie dann, er ist um unsere Gerechtigkeit willen auferstanden, so sprechen sie flugs: die Auferstehung Christi sei unsere Gerechtigkeit. Lesen sie dann: der heilige Geist wird die Welt strafen um die Gerechtigkeit, denn ich gehe zum Vater, so fallen sie alsbald darauf und sprechen: der Gang Christi sei unsere Gerechtigkeit. Lesen sie dann: wir werden gerecht ohne Verdienst aus seiner Gnade, so muss alsbald Gottes Gnad und Barmherzigkeit unsere Gerechtigkeit sein. Lesen sie aber: darmit er die Gerechtigkeit anbiete, indem dass er die Sünde vergibt, so sagen sie alsbald, Vergebung der Sünd sei unsere Gerechtigkeit. Lesen sie aber: durch seine Wunden sind wir geheilt, so sagen sie: die eiterigen Wunden Christi seien unsere Gerechtigkeit.' Quarum iustitiae descriptionum aliam alia profligari Osiander opinatur. 66) Recudi curavit illos sermones Heppius, Geschichte des Protest. III. Anhang. Praeter locum, quem supra vertimus (apud H. p. 19), cf. p. 15: 'Was aber Gott ansehe, wann ein armer Sünder vor den Richterstuhl Gottes geführet und seiner Sünden halber von dem Teufel und seinem eignen Gewissen angeklagt wird, das zeiget St. Paulus mit klaren Worten an, nämlich nit des armen Sünders Gerechtigkeit . . ., sondern er sagt: Christus ist hie, das

Formula Suevica tam perspicuum atque indubitatum esse rata est, ut ne opus quidem commemoratione indicans, quinam sit variarum locutionum concentus, promiscue modo obedientiam [67]), modo obedientiam et passionem vel mortem [68]), modo perfectam obedientiam, qua legem impleverit Christus [69]), modo totius personae totam obedientiam, qua patri ad turpissimam usque mortem obtemperaverit [70]), iustitiae nostrae causam fontemque esse pronuntiet. Itaque licet hoc loco ac proinde in ipsa F. C. obedientia passim iuxta passionem Jesu Christi posita sit [71]), quo facto quid legi satisfaciens egerit ab eo distinguitur, legi satisfaciens quid toleraverit, illam nefas est sic accipi distinctionem, quasi hae inter se oppositae sint notiones neque actionis et passionis sit una obedientia, videlicet legis utrobique et agendo et patiendo facta impletio [72]).

Quaerendum est autem, quonam forte consilio Solidae Declarationis auctores unius Christi obedien-

---

ist, der himmlische Vater siehet Christum an. Was siehet er aber an? seine göttliche Natur? seine wesentliche Gerechtigkeit? nein, sondern er spricht, der gestorben ist etc. Damit St. Paulus den ganzen Gehorsam Christi begreifet, den er dem Vater unter dem Gesetz geleistet hat bis in den schmählichsten Tod des Kreuzes. Denn das ist das letzt und schwerst gewesen; nämlich sein Leiden und Sterben.' 67) Apud Heppium, l. c. p. 103 sq. 68) Ibid. p. 104. 69) Ibid. p. 106. 70) Ibid. p. 110. 71) V. c. in S. D. 612, 15. 72) Argumenti loco conferantur S. D. 616, 30; 623, 57, 58.

tiae duas quasi constituerint partes, activae vulgo et passivae nominibus appellatas. Cuius rei non eam equidem causam fuisse dixerim, quod duplex in se beneficium iustificatio continens homo peccator ut et absolvatur a peccatis et iustus reputetur efficiat: quibus iustificationis partibus respondeat duplex Christi obedientia, altera qua patiendo peccata sustulerit, altera qua iustitiam meruerit agendo [73]). Nimirum eiusmodi partitionem infructuosam atque factitiam, quae quidem nec cum re ipsa definienda nec cum logicis conveniat rationibus, F. C. respuens diserte imputationem iustitiae Christi cum remissione peccatorum sic coniungit, huic alteri alteram illam ut fundamenti instar subiiciat [74]). Imo, sicut paulo ante exposuimus, cuncta videntur referenda esse ad peccatoris conscientiam. Quippe aeternam esse et immutabilem legis divinae indolem homo peccator secum reputans quum duplici modo huicce legi obnoxium sese deprehendat atque agnoscat, altero quo poenam laesae, altero quo praecipienti obsequium deberi sentiat, placata gaudere conscientia nequit, nisi omni ex parte creditori rigido satisfactum esse compertum habeat. Quocunque enim modo lex potest obstringere, accusare, damnare peccatorem, usquequaque obtendere conatur ille legisque impetui clypei quasi instar opponere Christum, cuius satisfactione effectum sit, ut omni ex parte et nostrum quidem in usum legis nomina sint

73) Cf. v. c. Fridem. Bechmanni theol. pol. p. 901, §. 2.
74) S. D. 614, 23 cf. 25.

expuncta. Quare nihil aliud sibi vult illa obedientiae Christi activae et passivae distinctio, quam ut usquequaque vicaria eaque sensu proprio strictissumoque redemptoris obedientia fuisse doceatur. Nec docendi et exponendi sed placandi et tranquillandi causa duo dispescuntur obedientiae modi, nec sunt membra disiuncta seorsum ponenda atque intelligenda, verum tali alternatione inter se connexa, ut ne cogitari quidem possit alterum altero abrogato [75]). Hinc facile perspexeris, Epitome F. C. cur omnino missam fecerit illam non tam partium sed modorum unius obedientiae descriptionem. Una enim est Christi obedientia, quam patri ad mortem usque absolutissumam Deus et homo praestitit quaque nobis peccatorum omnium remissionem et vitam aeternam promeruit [76]). Quo enuntiato cave ne aliquam alicuius pretii praestationem Christi indicari dicas, cui beneficia debeamus Christi obsequio parta: sed sic definitam et circumscriptam obedientiam, quali homo peccator e damnationis pernicie ad vitam transducendus aeternam secundum immutabilia legis mandata indigebat. Ac vix dignum commemoratione est, quanam mente non

75) Passiva obedientia non excludi sed includi activam etiam posteriores ecclesiae evang. dogmatici, Menzerum secuti, docere solebant, cf. Quenstedtii theol. did. pol. III, 244, thes. 37, Not. 2. Aegid. Strauchii Compend. theol. p. 344: 'Attamen accurate unica Christi est obedientia. Estque actio Christi facientis voluntatem Dei patris per totam vitam usque ad mortem crucis, ad nostram sanationem'. 76) Cf. Epit. 527, 3.

modo passionem F. C. sed etiam resurrectionem alicubi obedientiae adiecerit. Sane quidem obedientiae pars resurrectio haberi nequit: verum tamen non ita ad obedientiam accedit resurrectio, quasi satisfactioni legi praestandae non suffecerit obedientia. Imo quoniam suffecit, resurrectio excepit passionem et mortem, talemque fuisse qualem lex violata flagitabat Christi obedientiam resurrectio testatur. Nos autem quandoquidem certos fieri oportebat perfectae usque ad integram absolutamque legis impletionem obedientiae, documentum et confirmationem satisfactionis solide peractae obedientiae et passioni adiicimus resurrectionem [77]).

Necessario igitur, nisi vehementer fallimur, F. C. Christum tam non fuisse subiectum legi quam non fuerit passioni et morti obnoxius pronuntiavit [78]),

---

77) Quamobrem recte veteres: 'universim omnes fructus et fines passionis et mortis Christi sunt etiam fructus resurrectionis, non quidem tanquam meritorii, sed tanquam confirmatorii, collatorii et applicatorii', Quenstedtius III, 379.

78) S. D. 612, 15. Obiter hic moneo, falso iudicari Kargium cum Melanchthone consensisse existimantem nobis Christum subiisse poenam, obedientiam sibi praestitisse. Cf. Corp. Ref. XXIV, 241: 'Voluit subiectus esse legi quod etiam tota eius vita testatur. Non tenebatur ipse lege illa. . . Nec intelligenda est subiectio sub legem civiliter tantum quod voluerit esse obsequens civis in externa politia et hierarchia istius populi, sed de singulari beneficio pertinente ad nos in hac persona, quae non erat debitrix. . . . Haec causa circumcisionis Christi fuit praecipua, ut significaretur eum subiici

Neque quo melius illam Christi a lege libertatem perspicianus, theologicas desideramus rationes: fides enim utramque redemptoris satisfactionem sibi applicans nec utraque ad conscientiae placationem non indigens Christi personae in se spectatae haud magis actionem satisfactionis quam passionem iniunctam fuisse potest sibi persuadere.

Huc usque F. C. in definiendo contra Osiandrum iustificationis fundamento progressa nihil habuit antiquius, quam ut fidei rationibus iisque solis circumspecte et plene consuleretur. Quae ad subtiliorem eamque theologicam cognitionem parum sufficere ne nos quidem imus inficias. Id profecto est, quod prohibendum esse dicimus, ne quae profitendo effati sunt nostri, iudicentur cognitioni theologicae artique dogmaticae illico adaptasse. Arcendi sunt igitur, quiqui theologica professioni fidei conantur immiscere vel obtrudere commenta.

Nihil docet F. C., qui fieri potuerit, ut quam obedientiam Christus mediator legi Israelitarum agendo et patiendo praestitit, eadem prorsus esset illa, qualem homo lapsus isque damnationem evasurus legi in universum spectatae et agendo et patiendo praestare debuisset.

---

legi pro nobis, cum ipse non esset debitor'. Melanchthonem quum legem vel ad obedientiam vel ad poenam obligare alibi (XXIV, 384) dicat, illi sententiae ipsum neutiquam refragari alio loco demonstrabimus. —

Nec illud explicant confessionis auctores, quonam pacto quem suapte persona exantlavit Christus Diaboli, Israelitarum, Ethnicorum impetum conveniat cum illo irae divinae impetu, quo genus humanum peccatis obrutum iustitia Dei perculit.

Poenas inferorum Christum in se suscepisse adeo non prodit F. C., ut secum ipsa dissentire existumanda esset, tale quid si pronunciaret.

Tralaticiae theologorum veterum opinionis, qua infinitae hominis peccatoris culpae quippe ex infinitae maiestatis divinae violatione contractae infinito meriti Christi pretio succurrendum fuisse perhibent, ne pusillas quidem F. C. continet radices.

Quarum sententiarum si quae forte indigere videntur explicatione quadam theologica et dogmatica, eius explicationis proferendae aliam mox nanciscemur occasionem.

TYPIS JUNGE ET FILII.

In dem Verlage von Theodor Blaesing in Erlangen erschien im vorigen Jahre:

Die

Theologie der Concordienformel

historisch-dogmatisch entwickelt und beleuchtet

von

Dr. Fr. H. R. Frank,

a. o. Professor der Theologie in Erlangen.

I.

Die Artikel vom summarischen Begriff der Lehre, von der Erbsünde und vom freien Willen.

gr. 8. Sauber broch. VIII. 240 S. Preis 28 Sgr. od. 1 fl. 36 kr.